



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. III. An, & quando testes in causis criminalibus sint torquendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

## S. III.

An, & quando testes in causis  
criminalibus sint torquen-

**30** **R**egula est, quod testes inhabiles, seu alias à iure reprobati non probant sine tortura. *lob carmen 9. si ea rei conditio ff de testib. & est communis opinio: nā per torturam omnis defectus, & inhabilitas tollitur Clar. in Pract. criminis. fin. q. 25. in princ. Alcias in reg. 2. Presumpt: 29. nu. 12. excepta ita inhabilitate proueniente ex causa inimicitiae, quæ nunquam purgatur per torturam etiam in quoconque grauiissimo crimen, ut dicunt DD. apud Loccatell: de quest. Iudic: insp. 3. num. 55.*

**32** Testes autem inhabiles sunt, infames sive infamia iuris, sive infamia saeculi. *Clar. loco cit. testes varij circa substantialia, Boff. in tit. de Tortur. test. num. 27. Socij criminis, etiamsi indulgentiam delicti seu gratiam pro se obtinuerint, Ricc. in Prax for: eccl: s: par. 1. resol. 320. & in collect. decif. 133 part. 1. item satellites, aliaque viles personæ, ut sunt Histriones, & similes Loccatell. de Quest: iudic: insp. 5. num. 258; Ricc. in collect. dec. 138. par. 1. & decif. 2529 par. 7. Boff. in tit. de Denunciati num: 12. & in tit. de Tort. test. num. 3. *Vulp: in. Prax. Iudic. cap. 29. num. 1. & seq.**

**33** Obserua tamen, quod si plures ad sint testes inhabiles, non omnes torquendi sunt, sed duo, vel tres, quia tortura est refrenau-

da Bal. in l. data opera C: qui accusat non poss. & in l. quoties C. de Naufrag. lib. 10. & alijs, quos refert Boff. in tit. de tortur. num. 45. & tit. de tortur: test. num. 10. ubi de communi Clar. q. 25. vers. penul. ubi hoc arbitrio Iudicis relinquit:

**34** Tortura verò in tali casu regulariter inchoanda est a timidiori, deteriori, vel magis suspecto. *l. unius ff. de questio. Gandin. de malef. tit. de quest. num. 11. Loccatell. insp. 5. n. 77. & alijs apud Dian. par. 4. tr. 6. resol. 26. nec debet exce- dere medianam horam, ut post Farinac. & alijs d. Loccatell. d. insp. 5. num. 175. & 288. Dian: par. 4. tr. 6. resol. 27. vers. ult. Ricc. in collect. dec. 2630. in fin. par. 7. neque est repe- tenda Franc. Marc: decif. 487. vol. 1. quem refert, & sequitur Ricc. in d. collect. decif. 2630. quiso quid di- cat Boff. in tit. de Confess. per tort. num. 7. & de tortur. Test. num. 21. & de opposit. contra test. num. 18. sed tunc Iudex adherere poterit ijs depositionibus, quæ sunt ma- gis verisimiles, & cum quibus concurrunt plura adminicula, ut d. Clar. in 5. fin: q. 53. vers. quartus est casus Ricc. in Prax. for. eccl: s: 1. resol. 408. Gibr. lib. 7. concl. 26 nu- mero 3:*

**35** Obserua 2, quod huiusmodi personæ inhabiles tunc torquen- tur, quando crimen est graue: & ideo si recipiantur in testes in le- uibus delictis, quæ nullam, velle- uissimam penam merentur, tor- queri non debent: nam neque ex hoc capite tunc repelluntur *Natt. conf. 161. n. 10. lib. 1. Farinac. q. 56. num. 165. quos refert Locca-*

scil.

tell. insp. 4. numero 38.

Idem dicendum de teste vario circa non essentia, quia talis variatio non sufficit ad torturam. Boff. in tit. de Tortur. test. num. 30.

Neque torquentur testes inhabiles producti ad defensam inquisiti, quia hoc est privilegium Innocentie, quae testibus etiam inhabilibus probari potest. Menoeb. de Praesumpt. lib. 5. quaest. 48. mu. 7. Loccatell. d. insp. 4. num. 93. vbi subdit, quod ex huiusmodi testibus non tollitur omnino fides probationibus fisci ita, ut reus penitus absoluatur, sed ut pena ordinaria delicti non puniatur: idemque procedere in criminis haeresis dicit Dian. par. 4. tr. 6. ref. 11. vers. verum contraria sententia.

Nec toquendi sunt, si per alios idoneos testes, seu per alias legitimas probationes plenè constaret de delicto: tum quia magis creditur duobus testibus fide dignis, quam mille sceleris. Boff. d. tit. de Tortur. test. num. 43. & tit. de opposit. contr. test. num. vlt. tum, quia huiusmodi testes inhabiles admittuntur tantum in defensione aliarum probationum, vel quando veritas aliter haberet non potest. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 2. ref. 212. & alij apud Dian. d. par. 4. tr. 6. ref. 11. vers. nota quarto Clar. in S. fin. q. 24. vers. sciendum.

36 Obserua 3. quod in delictis leuibus, pro quibus non imponitur pena corporis afflictiva, creditur etiam satellitibus sine tortura, puta si aliquem reperiente ludentem iudis prohibitis, vel cū armis, dummodo arma, vel aleas,

aut alterius prohibiti iudi instrumentum ad Curiam deferant: alias in nihilo eis creditur. Loccatell. insp. 5. num. 258. Boff. in tit. de Denunciat. num. 12. Vulp. in Prax. iudic. cap. 29 num. 1. & seq. Ricc. in Collect. dec. 2529. par. 7. vbi id limitat in Capitaneo Satellitum, qui integer testis habetur ad esse. Cum probandi delictum etiam grave: sed hoc arbitrio Iudicis relinquitur, qui considerare debet qualitatem personæ, & alias circumstantias.

Addit Loccatell. loco cit. quod ex constitutione Alexandri I V. & Clementis VI. Satellitibus Sancti Officij in ijs, quæ pertinent ad eorum officium, creditur absque tortura, vbi alia adminicula, & coniecturæ concurrunt præter eorum attestaciones:

37 Obserua 4. quod ad torturam testis inhabilis non exiguntur in dicta, quæ ad rei torturam sunt necessaria, nec habetur disceptatio cum aduocatis, ut decisum resert Ricc. in Collect. dec. 2630. p. 7. nisi testis torquendus esset propter causam, quæ aliunde, quam ex processu oriatur, puta ex eo, quia sit infamis, vel vilis: tunc enim super hoc est disputandum, & cognoscendum dato etiā illi termino ad deducendum, si quid in contrariū habet iux. l. i. & si quis dicatur & l. si quis ff. de Quæst. contrariū tamen, etiā in hoc casu in praxi seruari dicit Clar. in S. fin. q. 25. vers. solet dubitari; sed hoc totū arbitrio prudētis Iudicis reliquit Bare: in Lenius S. testes ff. de Quæst. Boff. in tit. de Tortur. test.

n. 39.

39. idem Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 405. & alij apud Loccatell. 38. Obserua 5. quod sub nomine vilium personarum non veniunt iij, qui viles dicuntur ratione commanis status, & eorum exercitij; & ideo ex hoc capite torquendi non sunt, si alias sint honestæ, & probatae vita. Boff. d. tit. de Tortur. test. num. 3. & alij apud Loccatell. d. insp. 5. num. 256. & 295. idem que dicendum est, si in teste esset alius defectus non proueniens a crimine, puta quia esset domesticus, ac pauper. Boff. tit. de Indic. & consider. num. 151. vel si testis deponeret in causa, ubi habet interesse; tunc enim non torquetur, etiam si varius sit, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Loccatell. insp. 3. num. 44.
39. Obserua 6. quod huiusmodi testes inhabiles non sufficiunt ad condemnandum reum poena ordinaria, sed tantum ad infligendam poenam extraordinariam, vel torturam, ut inquit. Clar. S. fin. q. 24. vers. sciendum in fin. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 212: nec plene probant, si producantur ad defensam, sed relinquuntur arbitrio Iudicis, quanta sit eis fides adhibenda inspecta faci, & personarum qualitate. Ricc. loco cit. Clar. ubi supra vers. item scias. Notandum tamen est, quod reus torqueri non debet ex dicto viuis socij criminis, nisi alia ad minicula, vel præsumptiones concurrent Boff. in tit. de Indic. & cōsid. ant. tort. num. 160. & alij communiter. secus si adesset depositio duorum, aut trium sociorum criminis, etiam si essent singulares Clar. in S. fin. q. 21: vers. sed posse. nisi forte tales socij criminis plures patientur defectus, puta si non tantum essent socij criminis, sed etiam periculi, infames, aut alias inhabiles, quia tunc reus non torquetur, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. p. 4. tr. 6. ref. 8.
- Addit Ricc. in Prax. par. 2. ref. 212. quod quando unus testis omni exceptione maior adest cum alio minus idoneo, tunc facere plenam probationem, si huiusmodi testi minus idoneo tortura ad purgandam, & tollendam illius inhabitatem adhibita fuerit.
40. Obserua 7. quod quando testis torquetur ut varius, & contraaria deponens, regulariter statutum ultimū dictum in tormentis Boff. in tit. de torturis test. num. 20. Alciat. de Presumpt: reg. 2. presump. 29. n. 13 & 14. & ita seruari dicit Clar. S. fin. q. 53. vers. quartus est casus, & alij apud Gabr. lib. 7. concl. 26. nu. 1. & 9. Loccatell. insp. 5. nu. 271. qui duo ultimi Doctores id intelligunt, quando secundum dictum in tormentis receptum fuit solemniter in forma Iudicij, & parte citata, alias non tolleret primum dictum iuratum; sed de consuetudine citatio ad hunc actum omittitur, ut d. Boff. in tit. de op. positi. con. test. num. 1. In multis tamen casibus statutum primo dicto, videlicet quando testis illo medio tempore alloquiatus fuit, vel potuit alloqui cum parte: tunc enim magis attenditur primum dictum extra torturam,

- ram, quam secundum in tortura propter metu subornationis. <sup>47</sup> Alciat.d.præsumpt.29.nu.6.Gabr.lib.7.concl.26:num.7.Loccatell.infp.3.nu.48. eademque ratione attenditur primum dictum, si testis post publicationem processus dicat contrarium, ut post Bart.dicit Boff.in tit.de opposit.con.teſt.nu.1. Alciat.d.præsumpt.29.nu.10.Ricc.in collect. decis.569.par.3.
- <sup>42</sup> Secundò statut primò dicto, quando testis tunc fuit formiter examinatus, ut d.Loccatell.d.infp.5.nu.271. quanuiss illud primum dictum debilitetur quoad fidem depositionis secundum Ricc.in Prax.for:eccles.par.1.ref.408.
- <sup>43</sup> Idem dicendum, si primum dictum sit magis verisimile, quod arbitrio Iudicis relinquitur Boff.in tit.de opposit.con.teſt.num.1. & alij apud Gabr.d.concl.26. num.6.
- <sup>44</sup> Tertiò statut etiam primo dicto, si ex prima depositione fuit ius quæſitum parti Alciat.d.præsumpt.29.num.6 Loccatell.d.infp.5.nu.271.vbi refert, ita noluisse Rotam in Parmen.Status 23.Martij 1601.coram Card: Millino
- <sup>45</sup> Quartò si quis deponat in se vti pars, & in aliud vti testis, quia hoc etiam casu magis creditur primo dicto sine tormentis Bart.in l.1.9. quæſtioni ff.de quæſtioni.Boff.in tit.de opposit.con.teſt. numero 1.
- <sup>46</sup> Quintò quando primum dictū extra tormenta receptum fuit in articulo mortis: tunc enim secundum dictum in tormentis non toleret illud primum, ut post Aym. d.Gabr.dicta concl.26:num.11.
- <sup>47</sup> His adde, quod potest Iudex torquere etiam testes recusantes dicere veritatem, etiam si inhabiles non sint, puta si interfuerint delicto, & tamen negarent, se aliquid vidisse Boff.in tit.de tortur.teſt.nu.10. quemadmodum potest reus torqueri, si Iudici legitime interroganti nolit responde re Loccatell.d.infp.5.num.190.vbi etiam dicit, quod mitius in hoc casu reus torquendus est, videlicet ad summum usq. ad quartam partem unius horæ, vel etiam minus arbitrio Iudicis.
- <sup>48</sup> Notandum tamen est, quod tunc testis tortura subiiciendus non est, nisi ab uno saltem teste digniore conuincatur, secus si è minus digno Bart.in l.unius 9:teſtes ff.de quæſt.Ricc.in Prax.for.eccles.par.1.ref.405. & in collect.dec.2630.par.7.
- <sup>49</sup> Limita in Clericis, nobilibus, & alijs in dignitate constitutis: tales enim torqueri non debent, etiam si essent verisimiliter informati, præsertim quando ab alijs veritas haberi potest: sed loco tortura multis pecuniarijs iuxta locorum consuetudinem plectendi sunt Boff.in tit.de tortur.teſt.n.7. Loccatell.infp.5.num.283. & 309. & alij communiter.

## S V M M A R I V M.

- 1 Accusationes criminales regulariter spatio 20. annorum tolluntur.
- 2 An hoc procedat in Inquisitione.
- 3 Actio iniuriarum anno prescribitur: limitatur nu.5.6. & 7.

F fff 8 Carr

